DE VITA
VINCENTII M. STRAMBII
EPISCOPI

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΟΝ

ITEMQ. INSCRIPTIONES
PRO CENOTAPHIO ET FVNERE
INSTAURATO EIUSDEM

AUCTORE
MICHAELE FERRUZZIO
RHETORE SEMINARII MACERATENSIS




MACERATAE A. M. DCCC. XXIIII.
EX OFFICINA CORTESIANA
PERMISSU PRAESIDUM.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΟΝ

VINCENTIUS MARIA STRAMBIUS honesto loco Centumcellis ortum duxit, Josepho Strambio et Heleonora Coria parentibus, qui eum marem unicum susceperunt. Itaque nil attinet dicere quanta sedulitate jam inde a teneris filiolo dilectissimo bonos mores pietatemque in primis exemplo suo instillarent. Puellari adhuc ætate Faliscodunum studiorum caussa missus eoque loci inter Clericos Seminarii adlectus spem suorum magistrorumque de se excitatam adeo implevit, ut ejus ingenium diligentiamque admirarentur omnes, quantus esset olim futurus haud pauci portenderent. Inde Romam, ut impensiorem divinis litteris operam daret, profectus, primo Sodales Calasanctianos, mox etiam Dominicianos audivit, quumque omnium ob virtutis doctrinaeque laudem commendatione honestaretur, nunquam tamen animos extulit. Quod quidem ad extremum vitæ tempus, nedum ætatula illa sua, in exemplum præstitit. Sacerdos factus summo animorum juvandorum studio percitus labores suos egregie in eo positos arbitrabatur, quod utilitati & saluti esse quamplurimis intelligeret.

VINCENZO MARIA STRAMBI nacque in Civitavecchia di buon casato. Ebbe a padre Giuseppe Strambi, a madre Eleonora Gori, de' quali fu unico maschio e frutto. Perchè non è a dirsi come tenerissimi dell'amore di questo loro figliuoletto fino da picciolo lo allevassero inspirandogli col loro esempio e bontà di costumi e riverenza di Dio, e quest' ultima assai più. Non uscito ancora di puerizia lo inviarono per causa degli studi al Seminario di Montefiascone, ove le speranze de' suoi e de' maestri adempiè in modo, che a tutti fu cagione, onde meravigliassero della sua ingegnosa diligenza, a non pochi, onde pronosticassero a quanto di grandezza sarebbe egli per aggiugnere. Di là condottosi a Roma per porre opera più di proposito alle scienze sacre, ascoltò da prima i Padri delle Scuole Pie, poscia ancora i Domenicani, e sebbene fosse venuto in fama di addottrinato e religioso giovane, non per questo ebbe alti sentimenti di sè; la quale

Quapropter divinitus illi videtur obtigisse, ut in ea tempora inciderit, quibus Paullus a Christi Passione, vir venerabilis, enixe moliebatur, ut familiam suam certis legibus iisque saluti æternæ hominum procurandæ perquam utilibus constitueret. Itaque se socium in primis dedit Paullo, qui tantum virum sibi a Deo, uti præoptaverat, missum lætatus est: nam probe norat firmissimum se in eo præsidium invenisse, quo consilium suum majori felicitate exsequeretur. Agnomen ei inter sodales a S. Paullo fuit. Enimvero Vincentius ab ipso novi instituti tirocinio Paulli expectationem longe longeque superavit: nam cura ei demandata sacrarum expeditionum obeundarum, concionumque iis viris habendarum, qui per certos dies, omni rerum cura abjecta, animorum conformationi unice student, mirum! quanta sermonum ejus auctoritas apud universos fuerit. Quo munere fungens complures Italiæ urbes peragravit, ubique acceptissimus & cum uberrimo populorum fructu. Erat in eo Christianæ Catecheseos rudi plebi explanandæ eximia sollertia, quam quidem quum oris dictionisque suavitas augeret, animos omnium cujuscum-

virtù non tanto in quella fresca età, ma ancora da vecchio esemplarmente mai non dismentì. Ordinato Prete, e tocco in cuore da caldissimo zelo di convertire anime a Dio, bene avventurato riputava ogni sofferimento di fatiche, che fosse tornato in vantaggio spirituale di quanti più poteva. E ben parve disposizione divina, ch'e' si avvenisse a que' tempi, in cui il Venerabile Paolo dalla Passione di Cristo studiava tutti modi, per cui venisse a stabilire fermamente quella sua congregazione d'uomini dedicati per voto al giovamento dell'anime. Egli dunque fu de' primi a rendersi compagno a Paolo; e questi andò lietissimo dell'avere siccome in dono da Dio un uomo di così gran parti per venire più felicemente a capo dell'impresa che aveva in disegno. Tra confratelli ebbe nome Vincenzo Maria da S. Paolo. E fino da che intraprese questa nuova forma di vivere avvanzò molto al di là di quella aspettazione, che Paolo ne avea concepita. Destinato predicatore nelle sacre missioni e negli eser-

que generis in sui reverentiam & amorem rapiebat. Unde factum est, ut cum viri doctrina, dignitate, natalibus conspicui magistrum pietatis prona voluntate sibi delegerint. Paulli, patris legiferi, cui & adfuit morienti, vitam exaravit publicavitque, & mox de cælitum honoribus eidem decernendis postulator fuit. Quum anno M. DCCC. I. *Alexander Alexandrettus Pontifex Maceratensium volens eo honore cessisset, Vincentius a* PIO VII. PONT. MAX., *cui jamdiu ob merita probatissimus erat, magno omnium bonorum consensu renunciatus est, qui in optimi illius antistitis locum sufficeretur. Itaque ad populum, quem sibi regendum divino consilio creditum agnosceret, nulla interjecta mora, properavit. Tunc sane compertum est, quàm delati muneris partibus explendis idoneus esset, quantoque omnibus benefaciendi studio teneretur. A sacricolarum cura exorsus, domum ad alumnos in spem Ecclesiæ informandos renovavit, ipse, homo id dignitatis, ad plures annos, pristinam vitæ rationem nunquam oblitus incoluit, reditibus vivens, hereditate transmissa moriens locupletavit, ea tamen condicione, ut pueri qua-*

cizj di spirito, non è facile cosa il dire quanto presso d'ognuno fosse efficace il suo ragionare. E in tale ministero scorse gran parte d'Italia, bene raccolto in ogni città e sempre con frutto larghissimo de' suoi sudori. Sminuzzava al basso popolo la dottrina della Fede e del costume con tanto di maestrìa, che aggiugnendosi questa all' essere egli e bel parlatore e molto grazioso di maniere si acquistava l' ossequio e l'amore degli uomini, di qualunque classe si fossero. E dotti e titolati e nobili se lo scelsero a guida nelle cose dell' anima. Fu assistente al suo Padre Paolo sino all' ultimo spirito, ne scrisse e mise fuori la vita, poi nella causa introdottasi per la beatificazione di lui tenne le parti di postulante. L' anno 1801. Alessandro Alessandretti Vescovo di Macerata rinunziò di moto proprio a quella Cattedra, e il Papa Pio Settimo, vecchio conoscitore delle virtù di Vincenzo, lo nominò successore a quell' ottimo Pontefice, e questa nomina del Papa consentì al desiderio di tutti i buoni. Quin-

tuor, qui sacræ militiæ dare nomen cupiant, nec solvendo sint, gratis alantur. Quos in clerum recepturus esset, solebat antea experiri, judiciumque de singulis coram doctissimis presbyteris instituere, nec plerosque recipere protinus, sed alterum in annum differre, iterumque judicio probare, ne sacris nempe eos admoveret, quorum se posteà pudere debuisset. Pueros patre orbos septem supra numerum præstitutum in orphanotrophio Joanniano alendos curavit. Perfugium item puellis periclitatis periclitaturis auctor aperuit. Ludum publicum puellis e plebe opificio muliebri effingendis exercendis constituit, magistrasque pietatis, demenso adsignato, eidem præfecit. Qui senes ex egentibus feria per singulas hebdomadas quinta ad Christianam Catechesin perdiscendam in templum maximum convenirent, iis pecuniam viritim dari jussit. Pueros cælestis epuli expertes ad sancta rite libanda per quotidianas commentationes hortationesque in dies octo uno omnes loco institui voluit. Nulli omnino auxilii indigo beneficentiæ suæ fontes intercludi passus est. Atque ut hæc omnia perpetua forent, vectigalibus attributis effecit. Cum autem qui

di il nuovo eletto fu tantosto al suo popolo, che avvisò commessogli in custodia immediatamente da Dio E allora fece ben chiara conoscere l'attitudine sua a così grande affare, e come desiderasse di far benefizio ad ogni sorta d' uomini. Prima sua cura fu del Clero. Fabbricò di nuovo la casa del Seminario, ei medesimo, uomo di tale dignità, non alieno mai dalle regole de' suoi Passionisti, l'amò per sua abitazione, e non pochi anni, vivendo ne crebbe l' entrate, dopo morte volle arricchirla lasciandole per testamento quanto gli era rimaso, con questo però, che si desse gratuito luogo a quattro poveri giovani, che fossero vogliosi di prendere la via ecclesiastica. Non ricevea fra Sacerdoti, cui a gran segni non conoscesse prima esservi chiamati da Dio, e di questi la dottrina solea mettere a lunghe e replicate prove, giudici i più riputati del Clero, per sicurarsi che non gli fossero poi cagione di vergogna. Aprì una casa per ricovero a quelle meschine, che o a disonore conducessero loro giovinezza, o

census illi de parsimonia tenuique victu superat, tantis subsidiis minime sufficeret, aliorum quoque opem imploravit, quos quidem tum civium tum exterorum nec paucos nec difficiles præsto habuit. Anno M. DCCC. VIII. *ne a Pontifice Maximo desciscerct, Novariam veluti in exsilium, indeque Mediolanum devectus ærumnas propositi tenax magno animo pertulit, sic tamen ut populi sui curam vel absens minime negligeret. Pacata demum Europa, rebusque Catholicæ Ecclesiæ tranquillis, sedem honoris sui statim revisit, quem reducem Maceratenses festa pompa acceperunt prid. eid. Mai.* A. M. DCCC. XIIII. *biduo ante, quam ad summam civitatis hilaritatem reditu* PII VII. PONT. MAX. *e Galliis cumulus accederet. Post gratias Deo persolutas, Vincentius totus in eo fuit, ut adflictis rebus medicinam adhiberet, dissidia dissidiorumque caussas tolleret, vigilantia, auctoritate, consilio veterem sanctimoniam reduceret, pietatem ubique ac religionem pene intermortuam pristino decori restitueret. Quæ omnia tanta præstitit prudentia, quanta Episcopum decet, quem concordiæ auctorem conciliatoremque Deus esse voluit. A d.* XVII. *Kal. Dec.*

fossero in quello di condurnela; ed una scuola di Maestre Pie con istipendio, alle quali convenissero le povere figliuole per essere instrutte e adoperate ne' lavori donneschi. Volle che i fanciulli anzi che si comunicassero la prima volta, si unissero tutti in un luogo, e quivi per ben otto dì vi si apparecchiassero con più sorte d' esercizi di pietà. Ai vecchi miserabili, che il Giovedì d'ogni settimana si ragunassero alla Chiesa Cattedrale per ammaestrarsi nella Dottrina Cristiana, ordinò che si desse certa limosina di danaro per testa. Crebbe di sette il numero de' fanciulli senza padre, che si educano nell'Orfanotrofio di S. Giovanni. In poco, a qualunque bisognasse d' ajuto Vincenzo il porgeva. E perchè tutte queste beneficenze non morissero al morire di lui provide con capitali, onde si traessero perpetui frutti, e da questi perpetue beneficenze. Molto sopravvanzò egli dalla parchezza ben grande, di che usava nel vivere, ma questo molto a tanto non sarebbe bastato, se non avesse ricorso

An. M. DCCC. XXIII. *Pontificatu sponte abiit a* LEONE XII. PONT. MAX. *singulari amoris significatione Romam invitatus, quò vix pervenerat, quum* PONTIFEX MAXIMUS *gravissima morbi vi tentatus est, qua Catholici etiamtum recenti lætitia læti pertristi repente metu trepidarunt, ne moderator sapientissimus sibi prænatura morte eriperetur. Hìc vero, quum* PONTIFICI MAX., *qui animam jamjam acturus videbatur, adstaret Vincentius, fama est hujus preces ad Deum fuisse, ut bono rei Christianæ, vita summi Rectoris prorogata, se potius in cælum ejus loco reciperet, nec Catholico orbi* PII VII. *desiderium vix solato novam acerbissimi luctus caussam afferret. Sed quæcumque sit facto fides, haud irrita sane videntur ea vota cecidisse Quum enim* PONT. MAX. *se mitius habere cæpisset, a d. V. Kal. Jan. Vincentius pransiturus apoplexi correptus est, qua post horam unam artuum et linguæ usu omnino caruit, ipsisque Kal. Jan. exitu placidissimo emigravit: eodem scilicet die, quo ante annos* LXXVIIII. *natus erat. Ubi de ejus morte* PONTIFICI MAX. *relatum est, scimus adeo doluisse, ut rur-*

per sussidio a' ricchi e della città e di fuori, che non pochi e volonterosi rinvenne. L'anno 1808. per farla col Sommo Pontefice fu condotto siccome in esilio a Novara, indi a Milano. Tutto sofferì in pace, nè dimenticò per lontananza la cura del suo popolo. Appena Europa e le cose della Chiesa si rivolsero a tranquillità, ed egli tornò subito a suoi Maceratesi, i quali festeggiando lo incontrarono ai 14. di Maggio del 1814., due giorni prima che questa loro allegrezza facesse piena l'arrivo di Pio vii dalla Francia. Dopo rese grazie a Dio del felice avvenimento, Vincenzo fu tutto nel raddirizzare e rimettere allo stato di prima gli affari della religione, che molto a male erano condotti, rappacificare i discordi, torre di mezzo ogni motivo di differenze. E in tale suo adoperare usò sì di vigilanza, autorità ed accortezza, ma nessuno si rese inimico. E questo è il vero ufficio, a cui furono da Dio destinati i Vescovi. Ai 15 di Novembre del 1823. rinunziò spontaneamente al Vescovado, invi-

sum in vitæ discrimen fuerit adductus. Corpus ad Joannis & Paulli apud sodales veteres in octavum abs obitu diem elatum est ibidemque incorruptum adhuc & flexibile conditum, viris principibus compluribus populoque frequentissimo prope venerabundis visum confluentibus. Funus exinde tum Centumcellis tum Maceratæ inennarrabili cunctorum moerore instauratum est. Maceratæ vero cenotaphium quoque ejus memoriæ in templo maximo dicatum, ne mortuo is honor deesset, qui viventi ultro ab omnibus fuerat delatus.

tato con amorevoli parole dal Sommo Ponteeice Leone xii. perchè si recasse a Roma. Non passarono molti giorni dacchè era colà, che una notte il Papa fu assalito da tanto impeto di male, che tutti fece temere no allora ei venisse a mancare, e il recente comune giubilo della sua creazione si volgesse tanto prestamente nel cordoglio della sua morte. Corse allora una voce, e tuttavia rimane, che assistendo Vincenzo al Papa, il quale pareva omai agli estremi, si facesse a pregare Iddio, che, prolungata la vita di quel sommo Rettore della Cristianità, sè piuttosto accettasse in di lui vece, nè oltre affliggesse i suoi fedeli rinvenuti appena dal dolore per la perdita di Pio vii. Or comunque sia il fatto, sembra però che vota non tornasse cotale preghiera. Il Papa migliorò in salute, e Vincenzo il dì 28. di Dicembre nell' atto di assidersi a mensa fu preso da gagliardissimo parossismo, per cui da lì a un' ora perdè sensi e favella, e il primo giorno del nuovo anno 1824. placidissimamente passò di que-

sta vita, nell' età sua di anni 79. compiuti in quel dì medesimo. Il Beatissimo Padre in venirgli all' orecchio tale nuova provò sì grande afflizione, che sopravvenutogli nuovamente il male, fece nuovamente temere di sè. Il cadavere fu portato alla Chiesa de' SS. Giovanni e Paolo, ove stette sopra terra incorrotto e flessibile sino al giorno ottavo dalla morte, ed ivi medesimo gli fu data sepoltura presso i suoi confratelli. A vederlo grandissimo fu l' accorrere del popolo, e di principi ancora, compresi tutti da sacra riverenza. Gli furono rinnovate le esequie a Civitavecchia e a Macerata con pubblico compianto. A Macerata poi un cenotafio consecrato alla di lui memoria farà presente ai posteri l' onoranza, in che fu tenuto e da vivo e dopo estinto.

INSCRIPTIONES

Maceratae incidenda ad templum max.

MEMORIAE
VINCENTII . MARIAE . IOS. F. STRAMBII
DOMO . CENTVMCELLIS
INTER . SODALES . PASSIONIS . IESV
A . S . PAVLO . COGNOMINATI
EPISCOPI . ECCLESIAE . N. ANN. XXIII.
QVEM
OB . VITAE . INNOCENTISSIMAE . MITIS . INGENII
ET . SACRAE . ELOQVENTIAE . LAVDEM
PERPETVA . IN . OPIS . INDIGOS . LIBERALITATE
VEL . AD . POSTEROS . PROLATA
MAGNAQ. CONSILIORVM . PRVDENTIA . AVCTAM
PIVS . VII. ET . LEO . XII. PONTT. MAXX.
SVMMO . IN . HONORE . HABVERVNT
ELATVM . ROMAE . KAL. IAN. A. M. DCCC. XXIIII.
BONORVM . OMNIVM . PRAECONIA
AB . IPSA . MORTE . CAELITIB . SANCTIS . AEQVARVNT
MENSE . POST . QVAM . SE . VLTRO . PONTIFICATV
ABDICASSET
VIXISSETQ. ANN. LXXVIIII. INTEGER. INTEGROS
HVIC . IIII . VIRI . COLLEGIO . KLERICORVM . CVRANDO
CVI . PATRIMONIVM . SVVM . TESTAM . ADTRIBVIT
FVNVS . LAVDATIONEM . CENOTAPHIVM
GRATO . ANIMO . DECREVERVNT
QVOD . DATVR . EXTREMO . PIETATIS . MVNERE . FVNCTI
HOC . TIBI . PLORANTES . SACRAMVS . INANE . SEPVLCRVM
VRBS . HABEAT . CINERES . NOBIS . BENEFACTA . SVPERSINT
ET . NOS . ET . SEROS . TIBI . DEVINCTVRA . NEPOTES.

Ibidem pro funere instaurato
VII. Eid. Febr. A. M. DCCC. XXIIII.

Supra portam templi

HONORI . ET . VIRTVTI
VINCENTII . MARIAE . STRAMBII
SODALIS . PAVLLIANI . A . CHRISTI . PASSIONE
PONTIFICIS . NOSTRI . PER . ANNOS . XXIII.
VIRI . STVDIO . RELIGIONIS
BENEFICENTIA . AVCTORITATE . FACVNDIA
OMNIVM . ORDINVM . OBSEQVIA . ET . AMOREM . PROMERITI
QVEM . MENSE . ANTE
PONTIFICATV . VLTRO . ABEVNTEM
COMMVNI . DESIDERIO . PROSEQVVTI
HEV . PRIMO . INEVNTIS . ANNI . DIE
ROMAE . SVBITA . MORTE . ABREPTVM . LVXIMVS
PARENTEM . PVBLICVM . ANTISTITEM . INTEGERRIMVM
IVSTA . FVNEBRIA . SACRI . SEMINARII
QVOD . IS . TESTAMENTO . HEREDEM . SCRIPSIT

Ad cathedram throni pontificalis

INVIDIT . CINEREM . FORTVNA . ADVERSA . PARENTIS
NEC . DEDIT . IN . CARI . FVNVS . PROCEDERE . NATOS
NON . ILLA . AVT . VLLVM . MEMORI . DE . PECTORE . TEMPVS
PRAECLARA . ERIPIET . VIRTVTVM . EXEMPLA . TVARVM

Ad latera molis funebris



SALVE . PROPITIO . NVMINE
VINCENTI . PARENS
EN . IAM . SACRICOLAE . TE . MAGISTRO . ET . DVCE
ADITV . PLERIQVE . AD . ARAS . DIGNATI
POSTREMO . OFFICIO . SACRIS . OPERAMVR
VTI . ANIMAE . BENE . MERITAE
IVLIANVS . HIC . NOSTER . OMNISQ. PONTIFICVM . CHORVS
OBVIAM . DE . CAELO . ADCLAMANTES
CONSORTEM . EXCIPIANT . PACIS . BEATISSIMAE



AT . O . MISERORVM . TVRBA
VOSQ. VIDVAE . IN . PRIMIS . PVPILLI . QVE
QVI . SENEM . PIVM . MISERICORDEM
VESTRAS . SAEPE . QVERELAS . PRAEVERTENTEM
SVBSIDIA . AD . LARGITATEM . PARARE
VTQVE . ALII . PARARENT . SATAGENTEM
LAETI . VIDISTIS
VOS . AMISSVM . SOLATII . VESTRI . AVCTOREM
MAGNIS . LACRIMIS . DEFLETE

Ad latera molis funebris



NEC . MINVS . MEMORES . DOCVMENTORVM
EXEMPLORVMQ. TANTI . PONTIFICIS
FVNVS . COLLACRIMANTES . DVCIMVS . ALVMNI . ECCLESIAE
CVSTODE . ET . PATRE . ORBATI . AMANTISSIMO
QVI . AEDES . FAVSTA . MOLITIONE . A . SE . REFECTAS
NOBISCVM . VNA . COMITER . AGENS
AMPLIORE . SEDE . POSTHABITA . INCOLVIT
MORIENS . QVE . SVBSTANTIA . OMNI . SVA
BENEFICIO . IMMORTALI . TRANSMISSA . DITAVIT



HEV . QVI . TE . SVSPEXIMVS
ELOQVENTIA . DOCTRINA . QVE . INSIGNEM
SCRIPTIS . CONCIONIBVS . SANCTA . ADDOCERE
AD . VIRTVTEM . ABERRANTES . REVOCARE
AEGROTOS . CALAMITOSOS . OMNE . GENVS
EFFVSA . CARITATE . COMPLECTI
DE . SINGVLIS . CONSILIO . HORTATV . VIGILANTIA
A . LABORE . INVICTVM . OPTIME . MERERI
HEV . TIBI . HODIE . MOESTISSIMI . PARENTAMVS

